



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

101. Ordinarius injustè excommunicans exemptum, an injuriarum actione
teneatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

nullitatibus & eorum sanatoria nu. 29. 30. 31. 32.
 Ante enim gesta quodammodo approbavit, adeo ut locus sit axionati, qui nulli-
 tati causam præbuit contra eam allegare non potest l. r. §. si omnes ff. de ventre inspic.
 Rel. à Valle conf. 52. nu. 12. vol. 4. Marchesan. ubi supra num. 32. Nec est ab hac materia
 questio aliena. utrum dispensatio superveniens confirmet actum ante nulliter ge-
 stum de quo Abbas cap. innotuit. 22. n. 11. de elect.
 Ex eodem etiam fonte descendit: Num postulatio possit confirmari ex consen-
 sibus superveniens, de quo idem Abbas cap. bona memoria n. 18. & 27. de post.
 pralat.

Et an paria sint, ab initio, legitime fieri vel ex post facto legitime confirmari late
 Petrus de testam. coniug. li. 3. c. 8.

Denique, an jus pendente iudicio superveniens iudicium ante confirmet. late Ga-
 briel com. opin. lib. 2. de iudicij. concl. 2. & 3. Lancelot. de attentatis par. 2. cap. 4. limit.
 20. Berofamiliarium questionum 102. Milis in Repert. verb. ius superveniens post impetra-
 tum & DD. l. mandavero 17. ff. Mandati.

QUESTIO CI.

Ordinarius injuste excommunicans exemptos, an actione in-
 juriarum teneatur.

Teneri resolvit Capella Tholosana quest. 297. glo. cap. sacra. ubi Collectarius de sent.
 excom. Archid. cap. statumimus eod. in 6. glo. l. iniuriarum §. item labeo ff. de iniurijs
 Guid. qu. 324. & 393. late Navarrus Rep. c. cum contingat remed. 2. nu. 43. Idque si dolus
 interveniat glo. c. ap. illud 11. quest. 3. & in cap. sollicitudinem ubi Host. de appell. Milis in
 repert. verb. iniuriarum actione Fel. d. c. sacro. Imò etiam ad id quod interest obligari
 potest glo. c. temerarium 11. quest. 3. l. illud ff. de iure iur. Bart. iniuriarum §. idem labeo ff.
 de iniurijs Aufrevius ad capell. Tholos. d. q. 397.

Insuper, is etiam coram Deo sese ligat & coram mundo sese de honestat. cap. si ha-
 bet sub fin. 24. quest. 3. contingitque ei id de quo D. Hieronymus cap. si quis non recto
 24. quest. 3. ut is qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus videtur reti-
 neri, quippe quod censuris & ecclesie clavibus abutens, sacri-
 legij reatum incurrat cap. non in perpetu-
 um 24. quest. 3.

QVÆ.